«[...] durissimum esset separare eos ab uxoribus, cum quibus ipsi Indi baptismum susceperunt, maxime *quia difficillimum foret primam coniugem reperire*»<sup>27</sup>.

Por lo demás Basilio Ponce no presta atención a la frase de la Constitución de Gregorio XIII:

«huiusmodi connubia inter infideles contracta vera quidem, non tamen adeo rata censerentur ut necessitate suadente dissolvi non possint»<sup>28</sup>.

Más adelante Basilio Ponce, *De sacramento matrimonii*, libro 9º, *De dissolutione matrimonii*, capítulo 2º, en el número 8, expresamente niega, contra Tomás Sánchez y otros, que pueda el Papa disolver el matrimonio consumado de dos no bautizados, y lo hace refiriéndose expresamente a la constitución de Gregorio XIII, *Populis ac nationibus*, 1585.

<sup>26</sup> TOMÁS SÁNCHEZ, *Disputationum de sancto matrimonii sacramento*, T. 2º, Libro VII, Disp. 74, num. 13s. Madrid 1605, pág. 456.

<sup>27</sup> Acta Apostolicae Sedis 9,2 (1917). Documentum VII, pág. 509.

<sup>28</sup> Acta Apostolicae Sedis 9,2 (1917). Documentum VIII, pág. 510.

En primer lugar expone así el contenido de esta Constitución poco antes en el n° 4:

«4. Praeterea inniti possunt Doctores illi in litteris Gregorii XIII, quas paulo infra referemus, in quibus decernit, ut si infidelis coniugis consensus an velit cohabitare requiri non possit, confecta super eo probatione legitima, libere et licite is qui conversus est alteri nubat, valeatque matrimonium istud, etiamsi postea infidelis coniux accesserit probetque vel se non fuisse requisitum, aut quominus responderet impeditum fuisse legitime velleque se aut ad fidem converti aut saltem sine Creatoris iniuria vitam agere cum charissimo coniuge»<sup>29</sup>.

Pues bien, Basilio Ponce poco después en el número 8 afirma que él siempre ha mantenido que el Papa no puede disolver el matrimonio consumado de dos infieles, y alega la actitud de Sixto V en 1588 a que hacía referencia Gabriel Vázquez:

«8. Verum ego semper existimavi omnino certum matrimonium infidelium consummatum non posse dissolvi auctoritate Pontificis. [...] Id quod anno Domini 1588, cum ipse Gabriel Vazquez Romae esset, a Summo Pontifice Sixto V obtinere pro viribus contenderunt, et repulsam passi sunt, in quorum sententiam numquam subscribere voluisse affirmat»<sup>30</sup>.

Y explica e interpreta la concesión de Gregorio XIII de la siguiente manera:

«17 [...] Ad ultimum dico illas litteras Gregorii XIII neque niti illa opinione, neque illam supponere, sed merito praesumit Pontifex coniugen, qui tanto tempore non apparet et ita latet ut inveniri non possit, licet requiratur, revera noluisse cohabitare. Illi autem postea accedenti non credit non habuisse voluntatem non habitandi, siquidem tamdiu latuit etiam requisitus, nec quaesivit maritum, sed praesumit merito priorem voluntatem non cohabitandi revocasse, quantumvis ille probet se fuisse legitime impeditum, et iudicat eas probationes non niti veritate; eam autem revocationem iam alio matrimonio per fidelem inito locum non

---

<sup>29</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, pág. 773.

<sup>30</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, pág. 774.- Parece, pues, que Sixto V, sucesor de Gregorio XIII, no aceptaba la potestad que se había reconocido su antecesor tres años antes.- A. Ballerini en su *Opus theologicum morale*, tratado VI, *De matrimonio*, ed. 1892, pág. 338, al tratar del privilegio paulino juzga así el valor de esta actitud de Sixto V: «Opinio autem Pontificis, quod ipse non possit, nihil probat, quando alii Pontifices id fecerunt».

habere. Vel dicam in eo casu non dispensare Pontificem, sed declarare divinum ius, et quomodo intelligendus est casus ille, quando non vult infidelis cohabitare, scilicet, ut non solum quando requisitus non vult, sed etiam quando longo tempore elapso non venit, ne fidelis, ut inquit Paulus, sit servituti subiectus in huiusmodi»<sup>31</sup>.

Insistimos que la ausencia prolongada involuntaria del cónyuge infiel a causa de la gran distancia no es fundamento para la presunción de que no quiere cohabitar sin contumelia del Creador; y, por otra parte, una interpretación extensiva del privilegio paulino supone una potestad legislativa, en este caso divina.

Insinúa al fin Basilio Ponce que en este caso el Pontífice «declara el derecho divino y cómo se ha de entender la voluntad del infiel de no cohabitar», que no es solamente cuando responde negativamente al requerimiento, sino también «cuando pasado largo tiempo, no viene». Esta es claramente una interpretación extensiva.

El motivo que añade no justifica que se trate de una interpretación meramente explicativa: «ne fidelis sit servituti subiectus in huiusmodi»: «para que el [cónyuge] fiel no esté sometido a servidumbre en este caso».

Más adelante, en el mismo libro 9º, capítulo 4º, insiste en la misma interpretación, y copia exactamente los tres números 20 a 22, del libro 7º, capítulo 48 que hemos transcrito<sup>32</sup>.

Limita, pues, al parecer, Basilio Ponce las palabras de la Constitución de Gregorio XIII, ya varias veces citadas, a la aplicación, más o menos extensiva, del privilegio paulino:

«huiusmodi connubia inter infideles contracta vera quidem, non tamen adeo rata censerit ut necessitate suadente dissolvi non possint»<sup>33</sup>.

#### 2.2.2. Otros autores.

**Fernando Castropalao**, S.I., en 1631, en la parte 5ª de su *Opus morale*, en el tratado 28º, *De sponsalibus et matrimonio*, disputa 3ª, punto 3º, *Qualiter matrimonium infidelium solvi possit*, nº 7 escribe:

«7. Ut autem fidelis conversus licite possit secundum matrimonium inire, debet ei constare infidelem nolle converti, quia non alia via hoc illi

<sup>31</sup> BASILIUS PONTIUS, *De sacramento matrimonii*, Salmanticae 1624, pág. 776.

<sup>32</sup> *Ibid.*, pág. 787s.

<sup>33</sup> Acta Apostolicae Sedis 9,2 (1917). Documentum VIII, pág. 510.

privilegium conceditur, nisi quatenus infidelis ab eo discedit. Quapropter si commode fieri potest, debet prius moneri, et consultum est, esto non necessarium, ut monitio coram testibus et autoritate iudicis fiat, ut non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori constet de obstinata infidelis voluntate, ut latius prosequitur Sanch, lib. 7, disput. 74, a num. 11. Basil. Ponce falso referens Sanch pro contraria sententia, lib. 9, cap. 4, num. 22. Coninch, disp. 26, dub. 5, num. 62, et colligitur aperte ex litteris Pii V relatis a Sanch, et ex litteris Gregor. XIII quas Basil. refert»<sup>34</sup>.

Cita, pues, la Constitución de Gregorio XIII, pero solamente en cuanto explica ampliamente el privilegio paulino. No la toma en consideración, cuando poco antes en el número 2 de ese mismo punto 3º él niega que se pueda disolver el matrimonio de dos infieles, si se bautizan, antes de que sea consumado de nuevo:

«2. [...] illud autem matrimonium, etsi in infidelitate fuerit contractum, iam est matrimonium fidelium et consummatum; nulla ergo via solvi potest»<sup>35</sup>.

Lo contrario afirma la Constitución de Gregorio XIII, pues se puede aplicar la disolución del matrimonio de infieles que concede aun en el caso en que ambos cónyuges «ad fidem tempore transacti secundi matrimonii conversos fuissent».

**Raphael Aversa**, O.Cler.reg.min, en su tratado *De ordinis et matrimonii sacramentis tractatus theologus et moralis*, publicado en Bolonia en 1642, da una interpretación muy extensiva de la obstinación del infiel y mediante ella interpreta la Constitución de Gregorio XIII como aplicación del privilegio paulino. Dice:

«Ut autem constet de de infidelis obstinatione, debet is moneri, aut saltem interrogari, an velit converti. Qui, si aliquod tempus postulet ad deliberandum, debet ei concedi. Sed dum respondet se nolle converti, tunc fidelis potest sua libertate uti. Vel si aliunde, aut factis aut operibus eius constat de infidelis obstinatione, id quoque sufficiet.

Aut quando ipse infidelis admodum distet, vel nulla eius notitia habeatur, adeo ut moneri et interrogari non possit, ac proinde certo praesumatur de eius obstinatione, poterit similiter coniux conversus sua libertate uti: ut habetur ex Constitutione quadam Pii quinti et altera Gregorii decimi tertii,

---

<sup>34</sup> FERDINANDUS CASTROPALAO, *Opus morale*, Parte 5ª, tratado 28º, capítulo 3º, punto 3º, nº 7. Lugduni 1646. pág. 125.

<sup>35</sup> *Ibid.*, pág. 124s.

de Indis qui convertuntur ad fidem. Expedit vero ut fidelis conversus paratos habeat testes, quibus probare possit obstinationem alterius: ne forte in foro externo ei molestia irrogetur super validitatem novi matrimonii. Non tamen requiritur Iudicis sententia aut decretum, ut coniux conversus possit solvere matrimonium cum obstinato; sed id potest facere propria libertate, stante concessione Christi»<sup>36</sup>

**Jacobus Pignatelli** en sus *Consultationes canonicae*, editadas por vez primera en 1668, y corregidas y aumentadas por el autor en posteriores ediciones, en el tomo IV, consulta 189, interpreta la Constitución de Gregorio XIII como concesión de una dispensa pontificia del cumplimiento de las condiciones del privilegio paulino, cuando no se pueden cumplir; por lo tanto, según Pignatelli, Gregorio XIII no interpreta una aplicación amplia de ese privilegio, sino que por su potestad pontificia concede una disolución del matrimonio anterior.

«7. Ut autem infidelis conversus contrahere possit aliud matrimonium cum fidei, non sufficit voluntas praesumpta coniugis infidelis, quod nolit cohabitare, ut si regio ubi degit valde distet, sed requiritur dispensatio Apostolica. Unde Gregorius XIII, constit. incip. *Populis*, 25 ianuarii 1585, concessit quibusdam conversis ut possint contrahere, priore coniuge prius non praemonito, si vix possit praemoneri.

Nam, licet sola locorum distantia non sufficiat ut conversus possit aliud matrimonium cum fidei contrahere, priori infideli coniugi prius non praemonito ac requisito an converti velit vel saltem cohabitare sine contumelia Creatoris, est tamen causa sufficiens ut Summus Pontifex dispensare possit, prout reipsa dispensavit Gregorius XIII [...]»<sup>37</sup>.

Más adelante cita una dispensa concedida por Clemente VIII, siguiendo el ejemplo de Gregorio XIII:

«8. Cum item tempore Clementis VIII de hac re actum esset in Sac. Congregatione Concilii propter Persas, qui Legatum Regis Persarum in Hispaniam comitati et ad fidem conversi uxores ibi ducere volebant, non requisitis uxoribus quas duxerant in infidelitate ob distantiam et difficultatem, S. Congregatio Concilii censuit non posse hos conversos alias uxores accipere, nisi prius constiterit an priores uxores vellent ad fidem converti,

---

<sup>36</sup> RAPHAELIS AVERSA, *De ordine et matrimonii sacramento tractatus theologicus et moralis*, Bononiae MDCXLII, *De matrimonii sacramento*. Quaestio secunda: De essentia et indissolubilitate Matrimonii, Sectio V. Num ex dispensatione divina potuerit dissolvi, pág. 235.

<sup>37</sup> IACOBI PIGNATELLI, *Consultationes canonicae*. Editio ultima ab auctore recognita. Tomus Quartus. Lugduni. 1718. Consultatio 189. pág. 310.

vel etiam non conversae vellent cum eis cohabitare absque iniuria Creatoris; loci autem distantia et difficultatem non sufficere [cum/ut] possint ducere alias uxores, non requisitis uxoribus, sed subesse sufficientem causam dispensandi ut possint contrahere absque requisitione.

Atque ita dictus Clemens dispensavit, sequutus aliud exemplum Gregorii XIII cum Indis, qui concessit Ordinariis, ut in illa regione possent dispensare cum Christifidelibus ad fidem conversis, qui ante baptismum susceptum matrimonium contraxerant, ut superstite eorum coniuge infideli, matrimonium cum quovis fidei contraherent, dummodo constet, etiam summarie et extraiudicialiter, coniugem absentem moneri legitime non posse, aut monitionem intra tempus in eadem monitione praefixum suam voluntatem non significaturum»<sup>38</sup>.

Claramente, pues, juzga Pignatelli que Gregorio XIII en su Constitución *Populis ac nationibus* hace uso de su potestad pontificia para disolver matrimonio de infieles en favor del cónyuge bautizado, y no hace solamente una interpretación del privilegio paulino.

**Pedro Leurenus S.I.** en 1718 en su *Forum ecclesiasticum*, libro 4º, título 19º, *De divortiis*, cuestión 283, nº 4, escribe:

«4. Resp. quarto. Ut conversus fidelis possit licite inire matrimonium aliud, debere ei constare infidelem nolle converti, eo quod alia via illud privilegium non concedatur, nisi quatenus infidelis ab eo discedit; adeoque si fieri commode possit, debere eum prius moneri, consultumque esse ut haec monitio fiat coram testibus autoritate iudicis, ut etiam in foro externo constet de obtinenda infidelis voluntate, tradit Castropalao, l.c. num. 7, cum Sanch. cit. d.74, a num. 11, Pont. cit.c.4,n.22. Cön. d.26, du.5, nu.62, sicque colligi ex litteris Pii V relatis a Sanch. et litteris Gregor. XIII relatis a Poncio; veruntamen debere illi non tantum constare de voluntate infidelis remanendi in infidelitate sua, sed et voluntate non cohabitandi et quidem sine contumelia Creatoris et periculo peccandi, in quo consistit discessus ille physicus et moralis, et non pure in illa voluntate remanendi in infidelitate, quae voluntas mutari potest, sequitur ex doctrina eiusdem Castrop. proposita responsione 2»<sup>39</sup>.

---

<sup>38</sup> *Ibid.*

<sup>39</sup> PETRUS LEURENIUS S.I., *Forum ecclesiasticum*. Liber IV Decretalium. Ed. secunda. Augustae Vindelicorum 1737. pág. 134.

Nada personal aporta a la interpretación de la Constitución de Gregorio XIII; repite la interpretación primera que se hizo del documento.

**Claudio La Croix**, en las adiciones que hizo al tratado de Hermann Busenbaum, *Medulla Theologiae Moralis*, 1650, en su *Theologia Moralis [...] a R.P. Herm. Busenbaum Societatis Jesu [...]. Nunc pluribus partibus addita a R.P. Claudio la Croix eiusdem Societatis Jesu*, hace solamente una alusión a la Constitución de Gregorio XIII. Tratando de la aplicación del privilegio paulino, dice así:

«§ 7. Ut autem constet de infidelis obstinatione, moneri debet et interrogari an velit converti; *Pont.* tamen l.9, c.4, *Avers.* q.2, f.5, *Pignat.* n.24, dicunt Pium V et Gregorium XIII declarasse, si conversus in his partibus habeat coniugem infidelem in loco remotissimo, unde non possit resciri eius voluntas, conversum valide contrahere cum alio, quia infidelis praesumitur non velle converti, aut non cohabitare sine contumelia Creatoris vel scandalo; ut tamen licite fiat, Gregorius insinuat requiri dispensationem pontificiam. Videri potest *Pignat.* etiam tom. 4, consult. 189 a n.7.»<sup>40</sup>.

No parece exacta la interpretación de la concesión de Gregorio XIII como la imposición de requisito para una *lícita* aplicación amplia del privilegio paulino, que se deduce de las circunstancias especiales del caso.

Antes ha indicado La Croix que fuera de los casos previstos en el privilegio paulino el Papa no puede disolver el matrimonio de dos infieles, aunque uno de ellos se convierta y bautice:

«406. § 5. Si unus infidelium coniugum ad veram fidem convertatur, Matrimonium non dissolvitur praecise per Baptismum conversi, nec per Papam dissolvi potest»<sup>41</sup>.

### 2.3. Sentencia de Próspero Lambertini, Benedicto XIV.

Un siglo y medio después de que fuera otorgada la Constitución de Gregorio XIII encontramos por vez primera un estudio detenido de la misma.

**Benedicto XIV**, *De Synodo dioeclesiana*, 1748, Libro 13º, Capítulo 21, nº3-5, resume en primer lugar las Constituciones Apostólicas, la de Pío V,

---

<sup>40</sup> CLAUDIUS LA CROIX, *Theologia moralis*, Tomulus VIII et ultimus. Coloniae Agrippinae 1714, Libro 6º, parte 3ª, Tratado 6º, *De Matrimonio*, nº 408, pág. 268.

<sup>41</sup> *Ibid*, pág. 265s.



*Romani Pontificis*, y la de Gregorio XIII, que titula *Quoniam saepe contingit*<sup>42</sup>, de la que destaca el último párrafo, en el que se confirma la validez de la disolución del matrimonio de infieles por el privilegio paulino, aunque en el tiempo del matrimonio segundo de uno de ellos ya bautizado, el otro cónyuge reciba el bautismo<sup>43</sup>.

Expone luego las dos sentencias, favorable y contraria, a la potestad del Romano Pontífice de disolver en favor de la fe el matrimonio consumado de dos infieles. Indica que él trató de esta materia cuando era secretario de la Congregación del Concilio; interpretó que ambas Constituciones, de Pio V y de Gregorio XIII, solamente declaraban una aplicación amplia del privilegio paulino:

«IV. [...] De hac materia fuse nos ipsi egimus, cum in minoribus officio Secretarii Congregationis Concilii fungeremur, in Discursu quem exaravimus in elucidationem cuiusdam causae Florentinae, propositae die 29 martii 1727, quique legitur tom. 4 Thesauri Resolutionum. Itaque ad ea, quae ibi diximus, hic nihil addemus; sententiam vero nostram de praemissis Constitutionibus declarantes, dicimus, duos illos summos Pontifices expositis sibi difficultatibus consulturos, nihil aliud egisse quam canonicarum legum rigorem temperare in eo quod pertinet ad iudicalem interpellationem, quae infideli coniugi facienda esset, utrum velit ad fidem converti, illius mentis declarationem expectando per congruum tempus ab ipsa lege aut a superiore ecclesiastico constitutum.

Id satis aperte colligitur ex ipso Brevis S. Pii Papae V, ubi leguntur haec verba: *Maxime quia difficillimum foret primum coniugem reperire*. Idemque clare etiam infertur ex aliis Gregorii XIII litteris, in quibus inter cetera haec habentur: *Dummodo constet, etiam summarie et extraiudicialiter, coniugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus eidem monitioni praefixum, suam voluntatem non significasse*. Matrimonium ab infidelibus in statu infidelitatis initum et consummatum Divina lex solvit, cum, altero coniugum ad fidem converso, alter neque converti vult, neque sine contumelia Creatoris cohabitare consentit; iuxta praescriptum Apostoli in epistola 1 ad Corinthios cap. 7.

Ex hoc principio alterum veluti consequens deductum fuit, ut coniux conversus coniugem infidelem requirere et interpellare debeat, ut mentem

---

<sup>42</sup> Con esa frase comienza la parte dispositiva de la Constitución de Gregorio XIII, *Populis ac nationibus*.

<sup>43</sup> Así interpreta la frase de la Constitución de Gregorio XIII, «tempore transacti secundi matrimonii»: véase nota 4.- Más adelante veremos la opinión de Gasparri.

suam super ea re aperte declaret. Verum, si aut ignoretur ubinam infidelis degat, ac moraliter impossibile iudicetur in huiusmodi cognitionem venire, aut si, habita notitia, legitima interpellatio eidem fieri non posse dignoscatur, cum in hisce circumstantiis aliqui magnae aestimationis Auctores interpellationem omitti posse censeant, plenamque fideli coniugi libertatem esse dicant, ut novas nuptias, dummodo cum persona catholica, contrahat, nemo non videt, quanto maiori iure, iisdem urgentibus circumstantiis, summus Pontifex ab ea interpellatione facienda eximere possit fidelem recens conversum, eique liberas nuptias cum alio fideli permittere.

Id autem est quod in Apostolicis suis litteris duo illi Romani Pontifices praestiterunt, admittendo scilicet in favorem fidei, loco formalis et rigorosae interpellationis, extraiudicialem illam notitiam, quod vel omnino ignoretur ubinam gentium degat infidelis coniux, vel saltem ratio non suppetat eumdem iudicialiter interpellandi, atque huic interpellationi praefatam notitiam subrogando. In quo profecto nullus extraordinariae illius potestatis usus apparet, qua vinculum matrimonii in infidelitatis statu consummati dissolvere in animo habuerint, sicut egregie animadvertit Pontius, de Matrim. lib.7, cap. 48, num. 22. [...]»<sup>44</sup>.

Benedicto XIV también examina las palabras de Gregorio XIII, a las que otros autores -excepto Verricelli— no habían prestado atención. Prosigue así su razonamiento:

«V. Verricellus in suo Tractatu *de Apostolicis Missionibus*, tit. 4, *De privilegiis Regularium*, quaest. 98, dub. 16, diversae videtur esse sententiae, et in eam propendere ut praedictae Apostolicae Constitutiones solutionem vinculi matrimonii in infidelitate consummati revera importent; etenim animadvertit Gregorium XIII in suis litteris usum esse sequentibus verbis: *Nos attendentes huiusmodi connubia inter infideles contracta vera quidem non tamen adeo rata censerit ut, necessitate suadente, dissolvi non possint; praeterea eumdem concessisse Episcopis, Parochis et Missionariis facultatem dispensandi cum neophytis, ut cum fideli possint matrimonio coniungi, etiam superstite coniuge infideli et eius consensu minime requisito, responso non expectato.*

Verum ex his inferri recte non potest voluisse Pontificem matrimonia in infidelitate contracta et consummata Apostolicae auctoritatis plenitudine dirimere. Siquidem in iisdem Gregorii litteris expressa mentio fit iuris

---

<sup>44</sup> BENEDICTUS XIV. *De Synodo dioecesana*. Tomo 2º. Libro 13º. Capítulo 21. Typographia Bassanensi 1767, págs. 185s; Madrid 1803, Tomo 2º, pág.361s.

divini, quo matrimonii vinculum tollitur, si coniux infidelis ad viam veritatis venire renuat; nec alia Episcopis, Parochis et Missionariis dispensandi facultas conceditur, quam super iudicialis interpellationis rigore, ut supra observavimus»<sup>45</sup>.

No parece acertada esta interpretación que hace Benedicto XIV de la Constitución de Gregorio XIII; este Romano Pontífice algo más concede que la mera dispensa del «rigor de la interpelación judicial», pues no exige siquiera se interpele al cónyuge infiel.

Examina luego la frase de la Constitución de Gregorio XIII, que le puede ofrecer especial dificultad a su interpretación restrictiva:

«Quod maiorem videtur involvere difficultatem illud est quod ex Gregorii Pontificis definitione coniux ille qui post fidem susceptam novo se conubio cum fidei sociavit iubetur in eo perseverare, etiam si primus ille infidelis repente compareat ostendatque se iustis de causis praepeditum fuisse quominus voluntatem suam de eadem fide amplectenda manifestaret, et, quod magis est, affirmet et probet se iam fuisse christianis sacris initiatum, quo tempore alter coniux, se absente et ignorante, secundum matrimonium contraxit; quod quidem non videtur aliter fieri posse, nisi vinculum matrimonii in infidelitate initi et consummati dissolvatur et auferatur.

Sed eadem semper recurrit superius allata responsio: primum scilicet matrimonium nequaquam dici posse solutum a summo Pontifice, bene vero a iure divino; nihilque in hac re a Pontifice fieri, quam, peculiaribus ita suadentibus circumstantiis, rigorem iudicialis interpellationis auferre. [...]

cum dirimitur matrimonium, vel quia iudicialiter interpellatus primus coniux actu recusavit christianam fidem amplecti aut saltem sine contumelia Creatoris cohabitare, vel quia huiusmodi iudiciali interpellationi Apostolica auctoritate et ratione circumstantiarum subrogatae fuerunt ad eundem effectum extraiudiciales notitiae, de quibus supra; in hisce casibus, si conversus alteri nubat, secundum hoc matrimonium ita validum et firmum est, ut et ipse ad priorem coniugem amplius reverti nequeat et primus coniux ius illud omne perdiderit, quod in contrahendo primo matrimonio acquisierat.

Primum enim matrimonium eo ipso momento, et quidem irrevocabiliter, solutum remanet, quo coniux conversus ad alias nuptias cum fidei transivit; sive quia in hanc libertatem vindicatus fuerit iure divino

---

<sup>45</sup> *Ibid.*, pág. 185s.; ed. Madrid 1803, pág. 362s.

propterea quod infidelis coniux iudicialiter interpellatus evangelicae veritati aut innocuae cohabitationi se denegaverit; sive quia peculiare circumstantiae viam aperuerint indulto apostolico, quo sublata fuit interpellandi necessitas; quod quidem indultum, cum nulli conditioni sit alligatum, secundi matrimonii validitatem et firmitatem perpetuo asserit et reditum intercludit ad prima connubia, etiamsi quis probare contenderet primo coniuge interpellato non fuisse liberum respondere, vel eum iam tunc christianae religioni amplectendae paratum fuisse, immo ante illam diem, qua secundum matrimonium a coniuge converso celebratum fuit, ipsum quoque Christo nomen dedisse et baptismum suscepisse»<sup>46</sup>.

En esta su explicación Benedicto XIV dice que «peculiare circumstantiae viam aperuerint indulto apostolico, quo sublata fuit interpellandi necessitas»; ahora bien, un indulto apostólico que suprime una condición esencial del privilegio paulino no es una interpretación amplia de las condiciones de aplicabilidad del privilegio, sino que es una interpretación extensiva del privilegio, y supone la concesión de otra gracia totalmente diversa, es decir, la disolución del matrimonio de dos infieles más allá del privilegio paulino.

#### 2.4. Otros autores

**Carlos René Billuart OP**, en 1746, en su *Summa S. Thomae*, pars 3<sup>a</sup>, Tratado *De matrimonio*, disertación 1<sup>a</sup>, *De unitate et indissolubilitate matrimonii*, artículo 2<sup>o</sup>, § 2, escribe:

«Hinc inferes [...] 3. Quod debeat non conversus moneri an velit legitime cohabitare, antequam contrahantur secundae nuptiae, quia non possunt valide contrahi nisi in casu quo nolit legitime cohabitare, ut dictum est. Excipe, nisi monitio esset moraliter impossibilis, vel ob periculum vitae, aut subversionis, vel ob locorum distantiam. Ita concessit Gregorius XIII Angolanis, Aethiopibus, Brasiliensibus et aliis Indorum Nationibus, cuius litteras describit Basilius Pontius l.7,c.48,n.23.»<sup>47</sup>.

El sentido literal de estas breves palabras de Billuart parecen indicar que se trata de una dispensa que otorgó Gregorio XIII, más allá de los límites del privilegio paulino.

---

<sup>46</sup> BENEDICTUS XIV. *De Synodo dioeclesiana*. Tomo 2<sup>o</sup>. Libro 13<sup>o</sup>. Capítulo 21. Número 5. Typographia Bassanensi 1767, págs. 185s.; Madrid 1803, pág. 363.

<sup>47</sup> CAROLUS RENATUS BILLUART, *Summa S. Thomae*, Pars 3<sup>a</sup>, Venetiis 1787, pág. 559.

**S. Alfonso M<sup>a</sup> de Ligorio**, en su *Theologia moralis*, 1785, Lib. VI, cap. II, dub. I, n<sup>o</sup> 897, cita a Gregorio XIII, a propósito de la indisolubilidad de los matrimonios de infieles que se han convertido a la fe cristiana por el bautismo:

«[...] Nam respondetur non esse verum quod matrimonia infidelium per solum Baptismum fiant rata, id est omnimode indissolubilia. Licet enim coniugia infidelium natura sua etiam indissolubilia sint, tamen, accedente aliqua urgenti causa, adhuc post conversionem ad fidem aliquando solvi possunt, modo non fuerint consummata post conversionem, prout refert Cardenas Urbanum VIII declarasse 20 octobr. anno 1626, et rursus 17 septembr. 1627, his verbis: *Nos attendentes huiusmodi infidelium matrimonia non ita censerì, quin suadente necessitate solvi possint*. Et Summus Pontifex Benedictus XIV refert S. Pium V et Gregorium XIII solvisse post conversionem ad fidem quaedam matrimonia in infidelitate contracta»<sup>48</sup>

Es claro que Urbano VIII cita implícitamente las palabras de la Constitución *Populis ac nationibus* de Gregorio XIII: «*huiusmodi connubia inter infideles contracta vera quidem, non tamen adeo rata censerì ut necessitate suadente dissolvi non possint*». Ahora bien, Benedicto XIV mantenía la opinión contraria a la que le atribuye S. Alfonso, como hemos visto<sup>49</sup>.

En el n<sup>o</sup> 956, cita S. Alfonso de nuevo a Gregorio XIII:

«Certum est 3<sup>o</sup>. Quod si uterque coniux ad fidem convertitur, matrimonium fit ratum, id est indissolubile, ex cap. *Quanto, de divort.*, modo sit consummatum post conversionem. Alias Papa in aliquo casu ex urgentissima causa bene potest in eo dispensare (ut diximus n. 897, *Prob. I, v. Nec dicas*) ex decreto Urbani VIII; et fuse defendit Benedictus XIV in quadam dissertatione, quam innuit *de Synodo*, ubi asserit S. Pium V et Gregorium XIII id in praxim deduxisse»<sup>50</sup>.

Esa potestad del Papa parece referirla al caso del matrimonio de dos infieles, después de bautizados, antes de que lo hayan consumado de nuevo. Es

<sup>48</sup> S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO, *Theologia Moralìs*, Tomus 4, Libro VI, Tratado VI, *De Matrimonio*, Caput II, Dubium I, num. 897. Romae, Typis Poliglottis Vaticanis 1912, pág. 76.

<sup>49</sup> Ya advierte Gasparri que San Alfonso «non bene citat Benedictum XIV: cf. PEDRO GASPARRI, *Tractatus canonicus de matrimonio*, ed. 3<sup>o</sup>, vol. 2<sup>o</sup>, cap. 7<sup>o</sup>, n<sup>o</sup> 1349, nota 1. Paris 1904, pág. 321, nota 2.

<sup>50</sup> S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO, *Theologia Moralìs*, Tomus 4, Libro VI, Tratado VI, *De Matrimonio*, num. 957. Romae, Typis Poliglottis Vaticanis 1912, pág. 137.- Véase la nota anterior.

la potestad que supone la concesión de Gregorio XIII, aunque no es la que defendió Benedicto XIV.

Y en el siguiente nº 957, cita la doctrina de La Croix, que ya conocemos;

«Notat Croix quod casu quo infidelis non possit moneri, ad contrahendas alias nuptias requiritur dispensatio Pontificis; ut asserit jam praescrispsisse praefatum Gregorium XIII»<sup>51</sup>.

¿Mantiene, como La Croix, que la concesión de Gregorio XIII es solamente una condición para una lícita interpretación amplia del privilegio paulino, que exigen las especiales circunstancias?

**Pedro Scavini** en su *Theologia Moralis Universa*, tomo II, 1852, cita de paso a Gregorio XIII, es decir a su Constitución *Populis ac Nationibus*:

«Q. 3. [...] 2. Cum uterque infidelis convertitur ad fidem, ut indisolubile fiat matrimonium ipsorum, consummari debet post fidem susceptam, ut etiam tale sit in faciem Ecclesiae. Secus Pontifex in aliquo casu urgentissimo potest dispensare, ut fuse defendit Benedictus XIV asserens Pium V et Gregorium XIII id in praxim deduxisse»<sup>52</sup>.

En los textos de Benedicto XIV examinados no aparece que «fuse» defienda que el Romano Pontífice puede disolver el matrimonio de dos infieles que se han bautizado, en algún caso urgentísimo<sup>53</sup>. Parece que Scavini repite las ideas de S. Alfonso.

El cardenal **José D'Annibale** en 1866, en su *Summula Theologiae Moralis*, Parte III, Tratado IV, *De Matrimonio*, sección III, Capítulo I, *De Matrimonio valido*, num. 470, escribe:

«Haec [matrimonia] consummata, utroque coniuge adhuc infideli, indisolubilia sunt, sed perinde quasi matrimonia rata fidelium; quamobrem,

<sup>51</sup> S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO, *Theologia Moralis*, Tomus 4, Libro VI, Tratado VI, *De Matrimonio*, num. 957. Romae, Typis Poliglottis Vaticanis 1912, pág. 138.

<sup>52</sup> PETRUS SCCAVINI, *Theologia Moralis Universa*, tomo II, tractatus XII, *De sacramento matrimonii*, disputatio sexta, *De matrimonii dissolutione*, caput primum, *De divortio quad vinculum*, Barcelona 1852, pág. 650s.

<sup>53</sup> Gasparri advierte que Scavini «pariter male citat Benedictum XIV»: PETRUS GASPARRI, *Tractatus canonicus de Matrimonio*, ed. 3ª, vol. 2, Paris 1904, nº 1359, nota 2, pág. 322. La frase la ha tomado Scavini de S. Alfonso Mª de Ligorio que también «non bene citat Bendictum XIV», como advierte Gasparri.

utroque postea baptizato, dissolvi possunt auctoritate R.P., quoad iterum, post susceptum baptisma sese cognoverint»<sup>54</sup>,

y en la nota 20 añade:

«Gregor. XIII, Litt. *Populis* seu *Quoniam saepe*, 25 ianuar. 1585. Qui animadvertens haec *connubia vera quidem, non tamen adeo rata censerit, ut, necessitate suadente, dissolvi non possint*, barbaris ad fidem conversis qui ante susceptum baptisma matrimonium contraxerant, indulget, ut, coniugis infidelis *consensu minime requisito, aut responso non expectato, matrimonium cum quovis fideli contrahere possent, et licite in eo remanere*, quamvis postea apparuerit priores coniuges *tempore secundi matrimonii conversos fuisse*»<sup>55</sup>

y en la nota 21 propugna esta sentencia contra Basilio Ponce y Benedicto XIV:

«Quod Pont. et Ben. XIV non mediocriter impugnant: aiunt enim matrimonium consummatum ex sua divina institutione prorsus indissolubile esse, uno dumtaxat casu excepto: nempe privilegii Paulini. Ratio brevis et urgens: sed Greg. XIII verba dissertissima sunt»<sup>56</sup>.

Al menos desde la edición de 1867 en Barcelona del *Compendium theologiae moralis* de **Juan Pedro Gury S.I.**, en el tomo 2, tratado *De matrimonio*, artículo 2, punto 1º, una amplia nota aduce la Constitución de Gregorio XIII en favor de la potestad del Papa para disolver el matrimonio de infieles no consumado después del bautismo. Cita los conocidos pasajes de esa Constitución y comenta:

«At enim quomodo *valida et firma* esse queant secunda connubia, nisi praecedentia vincula sint soluta? Porro soluta haec haberi non poterant vi Paulinae concessionis, uti patet, quia deest necessaria conditio, idest prioris infidelis coniugis *discessio*; prioris ergo vinculi ablatio adscribenda est Apostolicae potestati, quae vi concessae illius dispensationis, infidelium matrimonia, nondum post conversionem ad fidem consummata, sed adhuc *mere rata*, solvendi auctoritate pollet, et de facto dissolvit. Et hac prorsus de causa Gregorius XIII, et dein Urbanus VIII hanc dispensationem largituri, in iisdem litteris mentionem huius potestatis diserte iniiciunt per ea verba: Idcirco Nos attendentes huiusmodi connubia inter

---

<sup>54</sup> IOSEPHUS D' ANNIBALE, *Summula theologiae moralis*, Pars III, editio quinta, Romae 1908, págs. 398s.

<sup>55</sup> *Ibid.*, pág. 399.

<sup>56</sup> *Ibid.*

infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censeri ut necessitate suadente dissolvi non possent, etc.; quae animadversio prorsus abs re iisdem Litteris insereretur, nisi in dispensatione ibidem concessa exercitium seu usus huius potestatis Apostolicae intercederet»<sup>57</sup>.

**Antonio Ballerini S.I.** en 1883, en su *Opus theologicum morale*, tratado X, *De sacramentis*, sección VIII, *De matrimonio*, Capítulo II, *De privilegio Paulino*, números 696-718, aduce varias veces la Constitución de Gregorio XIII al tratar de la aplicación del privilegio paulino, cuando no es posible la interpelación del cónyuge infiel, y al defender la potestad del Romano Pontífice de disolver los matrimonios consumados de infieles, si después de bautizados no lo han consumado. Aporta esas citas en la discusión que hace de las sentencias de Benedicto XIV y de Basilio Ponce, cuando éste arguye contra Tomás Sánchez.

En uno de esos textos, nº 703, transcribe la parte principal de la Constitución de Gregorio XIII, y luego concluye:

«Porro caecus sit oportet, qui non videt non agi in his de omittenda monitione cum illis infidelibus, quorum obstinata voluntas certitudine morali constat; sed prorsus de illis quorum voluntas ignorabatur. Ergo absurde hae litterae [de Gregorio XIII] allegantur contra sententiam Sánchez»<sup>58</sup>.

En los números siguientes continúa analizando y reivindicando el auténtico sentido de la Constitución de Gregorio XIII y refutando, con no poca acritud, las interpretaciones de Basilio Ponce y de Lambertinius (postea Benedictus XIV), como él dice<sup>59</sup>.

**Zephyrinus Zitelli** en sus *De dispensationibus matrimonialibus ... Commentarii*, 1887, en el Apéndice I *De privilegio paulino et de dispensatione ab interpellationibus*, escribe:

«Queri denique solet, an Summus Pontifex possit coniugium in infidelitate contractum dissolvere, si uterque coniux veram fidem sit amplexus. [...]. Si vero consummatum quidem fuerit ante baptismum, non vero postea, respondemus cum Benedicto XIV, *Quaest. Can. 546* rem esse valde controversam, nec similis dispensationis exstare exempla, unde quidquid

---

<sup>57</sup> IOANNES PETRUS GURY S.I., *Compendium theologiae moralis*. Nova editio hispana. Tomus secundus. Barcinone 1867, pág. 571.

<sup>58</sup> ANTONIUS BALLERINI, *Opus theologicum morale in Busenbaum medullam*. Absolvit et edidit DOMINICUS PALMIERI. Volumen VI. Prati 1892, pág. 337.

<sup>59</sup> ANTONIUS BALLERINI, *Opus theologicum morale in Busenbaum medullam*. Absolvit et edidit DOMINICUS PALMIERI. Volumen VI. Prati 1892, págs. 337-347.



sit de pontificia auctoritate, quam sarctam tectam in omnibus volumus, eius exercitium esset in casu praesenti periculosum»<sup>60</sup>.

Más adelante, tratando de las interpelaciones que exige la aplicación del privilegio paulino, escribe:

«III. Si ob graves difficultates interpellatio fieri nequeat, recurrendum erit ad Summum Pontificem, qui solus potest ut infallibilis divini iuris interpres, ab ea facienda in toto vel in parte dispensare. Dispensatio autem huiusmodi numquam poterit nec ob rationis identitatem ad alias regiones vel ad alios casus extendi, quam pro quibus concessa est (Bened. XIV, l.c.).

Habita dispensatione, matrimonium noviter initum firmum manet et inviolabile, etsi postea innotescat infidelem, iusto impedimento detectum, suam voluntatem declarare non potuisse, vel ad fidem conversum fuisse tempore quo secundum matrimonium initum est. Gregorius XIII, *Const. Populis ac Nationibus 25 Ianuar. 1585*»<sup>61</sup>.

En nota reconoce que otros autores «Gravissimi» propugnan una potestad pontificia más amplia:

«(1) Quamvis in praxi peti soleat dispensatio ab interpellationibus, sunt tamen auctores gravissimi qui censent Romanum Pontificem in casu quo fieri interpellatio nequeat, ex apostolica auctoritatis et potestatis plenitudine solvere vinculum matrimonii in infidelitate contracti et consummati. Hac in re, praeter antiquiores Doctores Navarrum, Sanchesium, Verricellium, Pirhing, Reginaldum, Laymann, Fillucium, inter recentiores confer cl. P. D. Palmieri in *Trac. de matrim. Th. XXVI*, Gury Ballerini *Tract. de matrim. T, 2, N. 759*, et cl. Iosephum Mansella *De imped. matrim. dir. Art. III*, qui egregie hanc quaestionem pertractant»<sup>62</sup>.

Ya hemos citado, con ocasión de una frase de Gabriel Vázquez, el documento presentado por los profesores de la Compañía de Jesús, de Roma, en 1589, que **Zitelli** reproduce íntegro en el Apéndice XI, págs. 183-197, y del que dice en el prólogo de la nueva edición de su libro:

«Tandem alia mihi documenta exinde ad manus pervenerunt, neque numero pauca, neque pondere levia, quae in lucem edere maxime

---

<sup>60</sup> ZEPHYRINUS ZITELLI, *De dispensationibus matrimonialibus iuxta recentissimas Sac. Urbis Congreg. resolutiones Commentarii*, Romae 1887, pág. 121.

<sup>61</sup> *Ibid.*, pág. 123.

<sup>62</sup> *Ibid.*

opportunum videbatur, inter quae disputatio quaedam inedita Apostolicae Sedi exhibita a Missionariis e Soc. Iesu in Insulis Philippinis anno 1589, atque a Professoribus Collegii Romani Augustino Iustiniani, Iacobo Ruitz, Ioanne Baptista Perusco, Benedicto Iustiniani, Roberto Bellarmino, Ioanne Azorio, Stephano Tucio, Alphonso Sanchez aliisque insignibus scriptoribus subscripta, qua Romano Pontifici potestas adseritur matrimonia consummata infidelium solvendi, quaque proinde insignis haec infulae Pontificiae veluti gemma ex umbra in lucem clariorem profertur»<sup>63</sup>.

**Miguel Rosset**, en su tratado *De sacramento matrimonii*, 1895, lib. 2, cap. 3, art. 2, punto 3º, nº 639, discute *An Summus Pontifex polleat solvere matrimonium consummatum infidelium, si unus coniux convertatur?*. A favor de la sentencia afirmativa aduce la Constitución «*Quoniam saepe contingit a Greg. XIII edita*»:

«Sed, quod adhuc urgentius est, Gregorius XIII, auctoritate Apostolica declaravit validum huiusmodi matrimonium, etiam quando pars quae interpellari nequit iam et ipsa conversa est antequam altera pars contrahat cum altera fidei.

Rationem facultatis sic exponit: «Idcirco Nos attendentes huiusmodi matrimonia inter infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censerentur, ut necessitate suadente dissolvi non possint». Uti videre est, ibi Pontifex non innititur privilegio Paulino, alioquin frustra meminisset imperfectae indisolubilitatis horum matrimoniorum»<sup>64</sup>.

Cita luego las palabras de la Constitución de Gregorio XIII, por las que concede a los misioneros de la Compañía de Jesús que permitan a los infieles que bautizan,

«ut eorum quilibet etiam superstitute coniuge infideli et eius consensu minime requisito, responso non exspectato, matrimonium cum quovis fidei alias tamen rite contrahere, et in eis, postea carnali copula consummatis, quoad vixerint remanere licite valeant, dummodo constet eis summarie et extraiudicialiter coniugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus eidem monitioni praefixum suam voluntatem non significasse... Quae quidem matrimonia, etiamsi postea innotuerit coniuges priores infideles suam voluntatem iuste impeditos declarare non potuisse,

---

<sup>63</sup> *Ibid.*, pág II.

<sup>64</sup> MICHAEL ROSSET, *De sacramento matrimonii*. Tomus I, articulus II, Paragraphus III, Punctum III. Prati 1895. num. 639. págs. 561.

et ad Fidem etiam tempore transacti secundi matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi numquam debere, sed valida et firma esse»<sup>65</sup>.

Y saca la conclusión:

«Porro evidenter in his casibus desideratur conditio requisita ut sit locus privilegio fidei; nam neque habetur infidelis, cum sit iam conversus ad fidem, neque discedit, cum iuste impeditus fuerit ne rediret ad compartem, imo vehementer cuperit iterum cohabitare cum comparte. Penitus ergo deficit conditio: *Si infidelis discedit*. Ergo auctoritate Apostolica, et non privilegio fidei, soluta sunt talia matrimonia»<sup>66</sup>.

Sin embargo, Miguel Rosset propugna como más probable que el Papa no tiene esta potestad de disolver matrimonios consumados de infieles; aduce varios argumentos, y entre ellos los basados en la refutación de los argumentos contrarios, entre ellos los deducidos de la Constitución de Gregorio XIII. Dice, por ejemplo:

«647. Ad secundam: In primis S. Pium V et Gregorium XIII non proprie dispensasse Pontificia potestate, sed tantum interpretatos fuisse ius divinum, monumentum est celebris disputatio anno 1589 apud S. Sedem; quorsus enim disputare atque S. Sedem adire eamque supplicare ut declaret seipsa potiri facultate qua iam tam solemniter atque perspicue usa est?»<sup>67</sup>.

Se refiere a la disputa de la que él mismo ha dado cuenta en el n° 639 que hemos transcrito a propósito de la alusión que de ella hace Gabriel Vázquez.

Después de aducir los textos en que Gregorio XIII alude a condiciones del privilegio Paulino, añade este argumento:

«Denique Gregorius XIII et Benedictus XIV in citatis declaraverunt et decreverunt validum esse matrimonium neoconversi ad fidem, etiamsi altera pars, quae interpellari non potuit, et ipsa iam susceperit Baptisma, antequam novum matrimonium fuerit contractum. Porro id non verificatur, nisi teneatur matrimonium in infidelitate contractum fuisse solutum iure divino, non autem auctoritate Pontificia; nam prorsus certum est Summum Pontificem non posse solvere matrimonium consummatum Christianorum;

---

